Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



207
208

aperientur oculi eorum & agnoscerent eum. Apertuntur utrique: ad eius
cognitionem remoto scilicet impedimento quo tenebantur ne agnoscerent.
non autem incongruenter accipiamus hoc impedimentum in
oculis eorum satana fuisse ne agnoscerent ihs. sed tamen a xpo factum est primus
sio usque ad sacramentum panis ut unitate corporis eius participata
remoueat intelligatur impedimentum inimici ut xps possit agnosci. amen. FER. III. LEC ACTUM APLORUM. Surgens paulus & ma
nu silentium indicans ait. Viri fratres filii generis abraham & qui in
uobis timent dm. Omnes quibus ista loquebatur apls secdm car
nem filii abrahae erant. sic & ipsi de se ipsis hoc in loco dixerunt. semen
abrahae sumus & nulli seruimus umquam & rem. pater nr abraham
est & dns illis. scio quia filii abrahae estis. imitatione enim non filii
abrahae erant illi quibus dns loquebatur. uos ex patre diabolo estis. un
de ergo iudei filii diaboli non nascendo sed imitando. uos inquit
dns ex patre diabolo estis & desiderata patris uri facere uultis. ecce unde
filii diaboli. quesunt illius desideria. ille homicida erat ab initio. & uos
quaeritis me occidere. ecce quomodo imitatione filii diaboli. Nam
& filii erant abrahae ppter originem carnis. quibus ista apls loquebatur
& filii erant imitationis. ppter castitatem timoris. Quibus specialiter dicebat
& qui uos timent dm. uerbum salutis missum est. Illum utique
de quo esaias ait. uerbum misit dns in iacob & cecidit in israel. id misit
dns filium suum. de quo ihs ait. in principio erat uerbum. & uerbum
erat apud dm. & ds erat uerbum. ad iacob id est ad iudeos & uenit
ad israel. hoc est ad gentium populum. Dixit uerbum ipse est dei filius.
quappter cum eum pater misit uerbum a patre & uerbum dei factum est. ut mitteret ergo a patre
quia uerbum patris est ipse filius. in ipso dei uerbo quod erat in prin
cipio apud dm. & ds erat. in ipsa scilicet sapientia dei erat quo tempore
uerbum caro factum est. & habitare in nobis. que plenitudo tem
poris cum uenisset misit ds filium suum factum ex muliere ut
incarnatum uerbum hominibus apparaeret. quem habita
bant hierusalem & principes eius ignorantes ihm & uoces ppha
rum que per omne sabbatum leguntur. & celebrem. Hinc & in
actib. apostolorum scriptum est. Moyses enim a tempo sibus anti
quis habet in singulis ciuitatibus. qui eum predicent in sinagogis.
in his testimoniis manifeste declaratur. quia lectio legis uel
ppharum audeis sabbato semper in singogis legebatur. cumque
consummassent omnia que de eo scriptas sunt. Haec uerba
& iohannes hoc modo narrat dicens. postea sciens ihs